Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Credis in xpm / fac xpi opera
vt viuat fides tua / fidem tua
dilectio animet / actio probet / No
incurret terrenum opus quem
fides celestium exigit / Cum te
dicis in xpo manere / debes sic
ipse ambulauit et tu ambu
lare / Et si propriam filiam quis
inuides florenti / absenti detra
his rependis ledenti te hoc est
non fecit / Confiteris te nosse
deum factis autem negas non
recte plane sed impie / lingua
xpo quam dedisti dyabolo / Au
di ergo quid dicat / homo iste
labiis me honorat / cor autem eius
longe est a me / Non es perfecto
rectus qui tam recte non diuidis
Non pot attollere caput pres
sum a dyabolo / et a dyaboli
iugo / Non te subrigere permittes
cui dominatur iniquitas / Iniqui
tates tue supergresse sunt caput
tuum / et sicut onus graue
grauate sunt super te / Iniquitas
denique sedet super talentum
plumbi / Vides quod non faciat
hominem rectum etiam fides recta
que non operatur ex dilectione / At
qui sine dilectione est non habet
vnde diligat sponsam / Sed nec
opera quantumuis recta rectum cor ef
ficere possunt sine fide / Quis enim
rectum dicat hominem non placen
tem deo / sine fide autem impos
sibile est placere deo / Cui non
placet deo / non pot illi placere
deus / Nam cui placet deus deo
displicere non pot / Porro cui
non placet deus / nec sponsa
eius / Quo ergo rectus qui nec
deum diligit nec ecclesiam dei
cui dicitur Recti diligunt te / Si
igitur nec fides sine operibus
nec opera sine fide sufficiunt
ad anime rectitudinem / nos qui
in xpm credimus fratres / rectas
studeamus facere vias nostras
et studia nostra / Leuemus corda
nostra cum manibus ad deum
vt toti recti inueniamur fidei
nostre rectitudinem rectis acti
bus comprobantes dilectores
sponse / dilecti a sponso Ihu
xpo dno nro / qui est benedictus
deus in secula amen Vicesimus sextus

Ecce quod dixeram
in sermone quia
emulis lacessientibus
sponsa respondere cogitur / quod
corpore quidem de nigro ado
lescentularum esse videntur aio
aut longe sunt / Ut nempe
Nigra sum sed formosa fi
lie / Ierlm preter quod detraheret
ei / ingredientem imperantes
Sed aduerte pacientiam ac beni
gnitatem sponse / Non modo enim
non reddit maledictum pro
maledicto / sed insuper benedixit
filias Ierlm vocans / que magis